

Les sources manuscrites de la théorie de la musique
(S. IX-XVI)

Catania, Biblioteche Riunite Civica
e Antonio Ursino Recupero (I-CATc)
D 39, f. 39v-40v

Transcription : Christian Meyer
(février 2006 – rév. nov. 2017)

39v

¹ Est sciendum quod psalmi debent intonari secundum auctores musice secundum hos tres modos, scilicet ferialiter vel in diebus festis aut in festis precipuis. ² Et cum intonantur ferialiter, quilibet versus cuiuslibet psalmi facit sillabam per notam | ubi inchoantur *seculorum*, sine mediatione et cum debito *seculorum* finem facit. ³ Et in diebus festis quilibet versus cuiuslibet psalmi intonatur cum sillaba per notam et mediat cum mediacione ordinaria secundum artem et regulam que inferius sequitur et finem facit cum *seculorum*. ⁴ Et si fuerit festum precipuum, quilibet versus cuiuslibet psalmi debet intonari mediando, inchoando, finiendo secundum regulas inferius positas, quamquam regula inchoacionis sic ordinata propter Magnificat et introitus misse et Benedictus et Nunc dimictis que hec propter sollempnitatem accipiunt talia principia. ⁵ Et ad cognoscendum *seculorum* cuiuslibet intonationis ^{+ ... +} gloriosus Gregorius hanc sequentem regulam porrigit, que mencionem facit de ultimo punto anthifane et principiis *seculorum* ut sequitur.

REGULA

⁶ Primus tonus finit in *re* et accipit suum *seculorum* in *la*.

⁷ Secundus tonus finit in ·d·solre et accipit suum *seculorum* in *fa*.

⁸ Tercius tonus finit in *mi* et accipit suum *seculorum* in *fa*.

⁹ Quartus tonus finit in *mi* et accipit suum *seculorum* in *la*.

¹⁰ Quintus tonus finit in *fa* et accipit suum *seculorum* in *fa*.

¹¹ Sextus tonus finit in *fa* et accipit suum *seculorum* in *la*.

¹² Septimus tonus finit in *ut* et accipit suum *seculorum* in *sol*.

¹³ Octavus tonus finis in *ut* et accipit suum *seculorum* in *fa*

Vel sic :

¹⁴ Pri- *re la se- re fa ter- mi fa quar- mi la*.

¹⁵ Quin- *fa fa sex- fa la sep- ut sol oct. ut fa*.

Vel sic :

¹⁶ Primus ad quintam. Secundus ad tertiam. Tercius ad sextam.

Quartus ad quartam. Quintus ad quintam. Sextus ad tertiam.

Sextimus ad quintam. Octavus ad quartam.

40v

¹⁷ Quatuor exposcit sub plano regula cantu

¹⁸ Esto solfalis regula prima tibi

¹⁹ Sepe canas unaque more tenero

²⁰ Ad facilem aures porrige sepe tuas.

²¹ Versus ad inchoandum Magnificat, Benedictus, Nunc dimittis et psalmos in festis precipuis.

²² Primus cum sexto *fa sol la* semper habeto

²³ Tercius et octavus *ut re fa* vel *ut re mi fa* fitque secundus

²⁴ *La sol sol la* quartus *ut mi sol vel fa la re fa* sit tibi quintus

²⁵ Septimus *fa mi fa sol* vel *ut fa mi fa sol* sic omnes esse recordor.

²⁶ Versus mediacionum

²⁷ Septimus et sextus dant *fa mi mi re mi* quoque primus

²⁸ Quintus et octavus *fa sol fa* sicque secundus

²⁹ *Sol fa mi re fa* ternus *re ut re mi re* que quaternus.